Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



130

117

sit · quia visitauit et fecit redemptionem plebi
suae Offertorium Iustus ut palma florebit et sicut cedrus quae e
st in libano multiplicabitur Secreta Tua domine munera nobis
altaria cumulamus illius natiuitatem ho
nore debito celebrantes qui saluatorem mundi et
eorum affuturum et adesse monstrauit · D · Com
munio Tu puer propheta altissimi vocaberis praeibis enim ante fa
ciem domini parare viam eius Postcommunio Sumat ecclesia
tua deus beati iohannis baptiste generationem
laetitiae per quem sue regenerationis nouum
auctorem · Per dominum In die sancto pentecoste
Hymnus sancto veni quia misit dominus angelum
suum et eripuit me de manu herodis et de omni
expectatione plebis iudeorum Pro domine probasti me et
cognouisti me tu cognouisti sessionem meam Elisabeth et c.
Deus qui hodiernam diem Collecta
apostolorum tuorum petri et pauli martyrum
consecrasti · da ecclesie tue eorum monitis sequi per
ceptum per quos religionis sumpsit exor
dium · Per dominum · Lectio actuum apostolorum
In diebus illis · Audiit herodes rex manus
ut affligeret quosdam de ecclesia · Occidit
autem iacobum fratrem iohannis gla
dio · Videns autem quia placet iudeis ap
posuit apprehendere et petrum · Erant autem dies
azimorum · Quem cum apprehendisset mi
sit in carcerem tradens eum quatuor quaternio
nibus militum ad custodiendum volens post